

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Instructio practica ...**

De Conversatione Apostolica - A Curatoribus Animarum piè & fructuosè instituenda ; Complectens varios & solidos modos juvandi & consolandi diversorum Statuum Personas afflictas, praecipuè aegras & captivas ...

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1680**

§. 1. Quæ industriæ in genere circa curationem Apostolicam sint observandæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49274](#)

## CAPUT IV.

DE CURATIONE APOSTOLICAE  
PECCATORUM.

**P**er Curationem istā aliud hoc loco non intelligitur, ne  
Peccatorum ad statum gratiæ reducio, quæ quam  
conveniat Operario Apostolico, vel ex eo facile colligi posse  
quod sicut ex vocatione sua Christum sibi per curam am-  
bitandum suscepit, ita singularem quoque; juxta ipsius  
plum sollicititudinem pro conversione peccatorum obtin-  
gerere debeat, ita ut ipse quoque dicere cum Christo quæ  
modo possit: *Non Gens Vocare Iustos, sed Peccatores ad  
gentiam. Luc. 5.* Ipse quoque de se dicere debet posse con-  
dem: *Ego sum Paster bonas: atque adeò, ubi perditam ad  
sit oviculam, non quiescere quærendo, donec inveniat.* Ipse denique dicere debet cum S. Chrysostomo hom. ad papa-  
sum communis Pater omnium, eoque necesse est curam  
non tantum eorum, qui stant, sed eorum quoque, qui  
sunt: non eorum modo, qui secundis navigant ventis, sed  
illorum, qui tempestate saltantur; non eorum modo, qui  
sunt, sed et illorum, qui periclitantur. Vnde Eos, qui  
demergi cœperant, in portum tranquillum perretta manu  
ducere studio. Et si velò hoc officium magis propriè ad  
fessarios spectet, atque adeò in Instructione quinta Confe-  
riorum ex instituto de hac materia agendum sit; quia talis  
frequens satis, etiam extra confessionem, Operario offi-  
ce occasio cum Peccatoribus agendi, etiam hoc loco pro in-  
telligate materia breviter indicare placet. quæ ratione hoc me-  
Apostolica Curationis ab eo suscipiendum, & peragendum.

## §. I.

Quæ industriae in genere circa Curationem Ap-  
stolicam sint observandæ.

I. **P**rimam in hoc munere industriaen S. Franciscus Xa-  
rius peritissimus ille Animarum Medicus obtulit, q.  
ut vitæ l. 4. c. 22. videre est, hortabatur, ut, si quis Curat  
animarum in oppidum ignotum venerit, ante omnia studi  
ex probatae Virtutis ac Fidei Viris cognoscere, quæ virtus

negotia iniquè contracta in eo vigeant. Caput quippe dicere esse ad homines juvandos, gentis universæ ingenium ac mores nôsse, &c., quoad licet, singulorum morbos, qui dissident inter se, qui inimicitias gerant, quæ fraudes, quæ judiciorum iniquitas, quæ perfidia Testium, quæ Judicum corrumpelæ. Itaque ex Viris prudentibus ac peritis hæc percontanda sunt, & simul exquirendum, quâ tandem insistere oporteat viâ ad illorum mores, mentésque sanandas. Quod ipsum monitum etiam erga privatum quemvis Peccatorem observandum P. Caspari Barzæo suadebat dicens: Jam pravos cuiuspiam mores emendaturus non priùs manum admovebis, quam intimos ejus perspexeris sensus. Itaque magnopere tibi suadeo, ut primum odoreris, atque investiges, an is vitio aliquo aut perturbatione occupatus ab animi sui salute abhorreat. Unde prudenter monet S. Isidorus Pelusiota l. 3. c. 8. epist. eos, qui calamites & morbos suos spirituales commeniorare cupiunt, blandè ac suaviter admittendos esse, ac posteaquam illi per huiusmodi sermonem dolore levati fuerint, tum demum eam, quam par est, medicinam adhibendam; nam si confessim ipsis ora obstruantur, inhumani hominis estimationem colligi, & remedium iubecillum atque invalidum reddi, ipsâ doloris flammâ illud repellente.

I I. Alteram industriad S. Ignatius, ut l. 5. vit. c. 11. legitur, suggestit, quando dicere solebat, in vocandis hominibus ad virtutem suis armis petendum Sathanam, ijsdémque utendum artibus ad salutem, quibus ille ad perniciem abutitur. Quippe eum viros justos non continuò apertis consuevitse fraudibus & insidiis, sed testis & quasi quibusdam cuniculis oppugnare; ac primò quidem nihil rectis ejus actionibus adversari, quin potius callidâ omnia dissimulatione probare, multa etiam, quæ speciem præbent honesti, astutè suggerere, atque ita sensim in ejus familiaritatem sese insinuare, dum ad extremum simplicem hominem, & veterotoriæ fraudis ignarum, laqueis suis irretiat, implicatumque teneat. Idem ergo in aliciendis ad salutem animis faciendum. Laudanda prudenter initio, quæ sunt in hominibus recta, vitiis parumper intactis, ac leniter in eorum gratiam irrumpendum. Quâ conciliatâ demum admovendam morbis animi medicinam, ut, cum ingressus forum quodammodo fuerit,

*Infract. 111*

L

*exitus*

exitus nostri sint. Ita sane S. Franciscus Xaverius faciebat, de quo sic scribit Tursellinus: Si quem vescano in sum amorem teneri compererat, qui alicujus authoritatis ac pretij, hanc potissimum arte illum adoriebatur. B. primum ac familiariter Hominem affatus, si minus intur, comiter se illi offerebat ipse convivam, jucundoque in uno convivium celebrabat, aditum salubri admonit, preparans. Inde ubi in ejus se familiaritatem bene proficeret, ingressus orationem de vitiorum turpitudine, sim ad libidinis foeditatem delabebatur, ejusdemque in modis, & simul celestes adjiciebat minas; ad ultimum, motum eum senserat, manu familiariter prehensum a catorum inducebat Confessionem.

III. Tertia industria est, ut in curatione tali ipsam horum spiritualium radicem evellere studeat; hic enim est Medicorum, teste S. Chrysostomo l.2. in paralyt. denuntiatur non prius morbos abigant, quam eorum fontes occulti frustra enim cicatricem curaveris, si serpent interiora via: immo acerbatur vulnus, & foris clauditur, cum immo vulnus exstuat, ut recte S. Ambrosius in Ps. 61. adhortatur. Hinc S. Franciscus Xaverius levandæ molestiæ, irrandæ unicum remedium dicebat esse, angoris, iracundiam extenuare, verbisque elevere.

IV. Quartam industriam idem S. Franciscus sequens verbis suggestis suprà memorato Barzæo: Jam omnino efficere nitentis, ut, quos crudis ad pietatem, suas tibi tenaces, incurvantésque animum motus aperiant; hoc quisque virtutis absolutionem præcipuum præsidium est rudibus hoc genere pugnæ, aut non satis peritis, exercitatisque.

V. Quintam industriam S. Isidorus Pelusiota ostendit, dicens: Quemadmodum optimus Medicus ad agriculturna subsidium arte instructus & armatus, cum eo morborum generibus corpus obsidetur, adversus eum acris urget, in procinctu stans, eos, qui dilatationem adiungunt, in posterius servat tempus; eodem modo tu quoque dendarum animalium scientiam prudentiam tempera, id, quod amplius urget, oculorum aciem intendere; non sanato spes est, fore, ut reliqua etiam sanentur. O doctrinæ pulchrum exemplum S. Gregorius in epist. ad Gal.

gustin. Monach. suppeditat, cùm enim hic Augustinum Monachum sanctitate & doctrina clarum in Britanniam misisset, & ille peracto feliciter negotio, quæreret, num reliquias quasdam gentilismi & veteris nequitiae, quas adhuc adverteret, relinquere deberet? rescripsit Sanctus, monuitque, ut quædam Britannorum imbecillitati permitteret, quia, inquit, S. Mater Ecclesia quædam per favorem corrigit, quædam per mansuetudinem tolerat, quædam per confusionem dissimulat, atque portat, ut sàpe malum, quod averatur, portando & dissimulando compescat.

VI. Sexta industria est, ut, sicut Medici, teste S. Ambro-  
sio in Ps. 93. non statim adhibent medicamenta languori; sed  
si dolor ferver, fomenta adhibent: si febris exæstuat, remedij  
tempus exspectant, ita & ipse certa curationis tempora pru-  
denter exspectet, ne, ut S. Chrysostomus l. 7. epist. 112. lo-  
quitur, si immaturè medicamentum obtulerit, fiat causa pe-  
riculi res salutis. Ita de S. Francisco Xaverio Tursellinus l. 2.  
c. 22. testatur, quòd mirè occasione imminens, temporis aë-  
loci captârit opportunitatem, ne fortè, ut plerumque sit, sau-  
ciam mentem exulceraret magis admonitio, quam sanaret.

VII. Septima in industria iterum Medici docent, dum,  
quamdiu necessitas aliud non exigit, suaviora potius, quam  
acerba præscribant, & adhibent media; id quod in spirituali  
curatione præcipue observandum est, uti præclarè S. Fran-  
ciscus Xaverius advertit, qui, ut Tursellinus l. 2. vit. c. 17.  
refert, inter præcepta, quæ ad animarum conversionem suis  
præscripsit, eriam hoc ponebat, ut Christianæ magis humili-  
tatis, quam potestatis memores, paternum in omnes impe-  
rium exercerent, amorem sibi magis conciliando, quam ti-  
morem, quia nulla re magis, quam amore in omnes partes  
animus flecti potest, uti ipse non semel expertus est, dum quo-  
rundam animos adeò perditos, ut nec scelera sentirent, nec  
remedia ferrent, hac arte adjuvit. Hinc monebat, ut omnis  
truculentia vultus, orationisque acerbitas removeretur, &  
tempestivi potius complexus ( si Personæ ratio id ferret ) cre-  
braque demissionis indicia interponerentur, ut hisce rebus  
delinitus Pecator æquiore animo admittat monitionis me-  
dicamentum. Si namque ad reprehensionis acerbitudinem  
accesserit ipsius etiam reprehendentis amarities, profectò

ingenti Spiritu Homines rei insolentia stomachantes, ruin salubritatem aspernabuntur, & amore in odium omnem erga eum, qui reprehendit, observantiam abijet.

VIII. Octava industria est, ut non tantum Medicus moderate applicet ( eō quod juxta S. Bernardum ep. 27 sura nunquam quidem remissa, sed prudenter tamen missa plerumque plus proficiat ) sed, ut sapienter mons. Franciscus Xaverius, etiam pertinaces animos, atque interiorum cœno hæstiantes ita cœlestibus minis urgeat, ut nunquam illis divinæ clementiae spes intercidatur, sed anterdum commemoratione pectora corundem mulcet.

IX. Nona industria est, ut, quando aliquem à vita strahere desiderat, certò sibi persuadeat, id multò effici apertè fieri ( maximè postquam ab illo amari se existimat quām argutijs quibusdam & disterijs sive aculeatis ut quæ animum occultè verberare solent, & cuiusdam censoris suspicionem ingenerare, quæ opinio liberae consolationi & amoris affectui plurimum detrahit.

X. Denique etiam illud nonnullorum monitorum negligendum est, quo hortantur, ut salutis ac virtutis non tanquam rem arduam atque difficultem, sed facilitatem jucundissimam, hominēque libero dignissimam propitia ut, et si nullis ad eam vitæ rationem præceptis admonemur, ipsa tamen virtutis pulchritudo, & honestitas sicut olim multos Philosophos, trahere deberet. Arguitur, ut generoso quodam animi impulsu, quod optimo homine dignissimum esse cognoverit, sine magna difficultate aggrediatur.

## S. II.

Quibus mediis uti debeat Operarius apostolicam Peccatorum curationem.

I. **M**ulta sunt quidem media, quæ Viri Apostolici Etante Spiritu Sancto, & proprio Zelo impellentes hibuerunt ad conversionem Peccatorum. Quia tamen Instruktione animus dunataxat est, ordinarios modos curarum. Proximo, & a quovis facilè practicabiles Operario non satis exercitato suggerere, ideo omissis rarioribus & ex mediis, sequentia dunataxat propono. In primis ergo